Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół (fond 5 opis 2).

Autografy Biblioteki Zakładu Narodowego im. Ossolińskich

.

17. August II. Podpis na przywileju na adwokację Woli Zarzeckiej dla Jana Drohojewskiego b.d.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BRAKUJĄCE NUMERY AUTOGRAFÓW ZOSTAŁY PRZENIESIONE DO INNYCH ZBIORÓW LUB ZAGINEŁY

17. #

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae Kiioviae Volhyniae Podoliae Podlachiae Smolen. Sever. Czernh. necnon Dux Saxoniae haereditarius et Elector.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Meretur id vetusta Generis claritudo multis in Rempub. titulis exornata Domi forisq. rebus praeclare gestis parta Generosi Ioannis Drohoiowski Praefecti Cohortis hastatae gravioris armaturae Illris et Mgci Ducis Wisniowieccij Ianussij Marschalci Curiae M.D.Litt. ut eundem gratiae et liberalitatis Nrae prosequamur argumentis, quod et ad praesens contestati ei volentes, Advocatiam in Villa Wola Zarczycka dicta sitam in Capitaneatu Lezaysen. iacen. ipsi et Generosae Mariannae Lozowska Consorti eius legitimae post fata Generosi olim Vladislai Garczynski vacantem et ad dispositionem Nram Regiam devolutam damus et conferimus. Quam quidem Advocatiam supramemorati Generosi Ioannes et Marianna Drohoiowscy Coniuges Donatarij Nostri cum omnibus aedificijs Curijs praedijs structuris, agris, campis, fundis, pratis, hortis, pascuis, sylvis, borris stagnis pomarijs nemoribus rubetis paberniis fluvijs fluminibus, molendinis lacubus piscinis subditis eorumq. laboribus et censibus dationibus attinentijs et pertinentijs generaliter universis illuc ab antiquo spectantibus nullis penitus exceptis cum omnibus fructibus et emolumentis tenebunt habebunt et possidebunt ad extrema vitae suae vel alterius eorum superstitis tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos praefatos Generosos Drohoiowskie Coniuges Donatarios Nostros ab usu et pacifica possessione dictae Advocatiae amoturos, neq. amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Ius advitalitium ijsdem conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri praestabunt Iuribus Nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiaeq. Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesentes manu Nra subscriptas sigillo Regni communiri iussimus. Datum Die Mensis Anno Domini

Augustus Rex

Advocatia in Villa Wola Zarczycka dicta sita in Capneatu Lezaysen. Gnsis Ioanni et Mariannae Drohoiowskim Coniugibus post fata Gnsi olim Vladislai Garczynski.

Vencestaus Franciscus Rzcinski
Pincerna Raven. Secretarius

INSTYTUT OSSOLIŃSKICH

A

Privilegium Sup Advocatiam in Villa Wola Zarczy-
cka Olim J. et M. Drohojowski Castellano Przemysli-
ensi a Serenissimo Augusto Secundo Poloniarū Rege
Collatum

17

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.